

tus Muzzani ingressus est ad constituendam exemptionem bonorum Ecclesiastico-
 rum, ita etiam præsupponatur vnitus ad ferendam sarcinam onerum.
 Non inquirimus, an error hic adeo veritati contrarius irrepserit arte, & suggestione
 Aronenium, vel potius ex mero lapsu ipsius Rationatoris.
 Illud indubitatum est, omne præiuditum, quod fieri potuit veritati per hanc formam
 compensationis, aut esse emendatum per subsequentem expressam protestationem
 ipsiusmet Rationatoris, aut faltem posse emendari prudentia Illustrissimi Tribuna-
 lis, vasis modò fundamentis, & docto de errore suppositi, quo nixus est Rationator
 in comprehendendo loco Muzzani.
 Enim vero cum in qualibet testis dispositione illud præcipuum sit, vt eius dictum regu-
 letur à ratione, ab eoque amplietur, restringatur, & destruatur; Ita vt si ratio, qua
 redditur, sit incepta, aut non concludens, ipsam testis depositio omnem vim pro-
 bationis amittat, etiam si dictum in se ipso concludat *Innocent. in C. cum causa num. 3.*
extra de test. Farinac. de Test. qu. 70. num. 2. sequitur, vt cum ipsem Rationator pro-
 fitetur non alio se adductum fuisse ad ita liquidandam compensationem Aronen-
 sibus debitam, quam ex illa accessoria descriptione istarum Terrarum post Oppidum
 Aronæ, quæ legitur posita in libro descriptionis introitum Cameralium, docto
 prout abunde docuimus ex huiusmodi libro, neque importari vniōnem, neq; vbi illa
 importaretur, fidem esse adstruendam huic libro, ex ipso errore suppositi, & falsa-
 te causæ, qua motus fuit, resoluatur vis tota huiusmodi attestationis, quippe infe-
 cta radice primitiva censentur infecta etiam deriuatia, *cap. vulnerata qu. pr. Peregr.*
de fideicom. art. 26. num. 2. Pareya de fid. Instrum. tit. 4. resol. vnic. n. 137. & seqq.
 Sanè etiam in examine istius productionis animaduersione dignum est id, quod hucusq;
 obseruauimus in singulis documentis per Aronenses exhibitis, ex ea nempe non so-
 lūm non probari, sed funditus destrui eorum intentionem, quippe etiam in ea par-
 te, in qua rationator ductus falso principio memorati libri descriptionis introitum
 Cameralium supponit vniōnem inter prædictas Villas, attamen Villam Muzzani
 non supponit vnitam cum Oppido Aronæ, vt pars aduersa contendit, sed cum Op-
 pido Mercuraghi, vt aperte explicat illis verbis, „Con l'inclusione anche di Grisento, e
 Muggiano Terre unite a Drumello, e Mercurago, „Inter queæ quanta intercedat di-
 uersitas, nemo est, qui non videat, Tum quia assumptum Aronenium non est, vt
 locus Muzzani remaneat aggregatus vniōne mediata, & per aggregationem Oppidi
 Mercuraghi, cui prius fuerit vnitus locus Muzzani, sed vniōne immediata, per
 quam Capsina Muzzani de directo fuerit coniuncta, & compræhensa cum æstimo
 Aronæ, tum quia etiam si ex falso supposito posset dici vnitus cum Oppido Mercuraghi,
 quod deinde sit vnitus cum Oppido Aronæ, adhuc non verificaretur, quod
 est socius Aronæ, resistente regula, quod socius socij mei, non per hoc meus sit so-
 cius, l. consilij S. Socius, ff. de reg. iur., & l. iam Socius, ff. pro socio. *Gratian. discept. 547.*
n. 34. lib. 3. Fontanell. decis. 234. n. 2., præsertim vbi agitur de præiudicio illius, qui
 est socius socij: *Gratian. dicta discept. 547. num. 43.*
 Demum, qui fuerit sensus Rationatoris, & an compræhensionem istorum locorum in
 æstimo Aronæ supposuerit scientificè, & certitudinariè, perspicue colligat Illustriss.
 Magistratus ex ipsa lectura responsionis datae per Rationatorem, in qua cum inge-
 nuè fateatur causam, à qua est motus ad ita liquidandam compensationem, rursus
 proteftetur ex gefis à se ipso non intendere, vt fiat præiuditum veritati; Iam patet
 quod suppositum vniōnis ipsum se habere trepidè, & dubitatè, & agnoscere possi-
 bilem veritatem in contrarium, & consequenter ex huiusmodi attestatione nullum
 posse accedere colorem probationis assumptio Aronenium.
 Per hæc eneruatis omnibus documentis Aduersariæ Communictatis reliquum est, vt de-
 tergatur falsissima consequentia, quam ipsa deducit ex granitate onerum ipsi incum-
 bentium ex auctiori numero sextariorum salis, & ex prægrauosa mole æstimii sui
 habita ratione ad exiguum perticatum, quem conficit Territorium Aronæ in num-
 ero perticarum 4932.
 Justissima est Aronenium querimonia, prout iustæ fuerunt reclamations porrectæ
 per tempora à quimpluribus Communictatibus, & ab vniuerso Ducatu super forma

seruanda in distributione mensualis, & successuorium onerum, à qua orta est non
 modica inæqualitas inter plura Oppida huius Ducatus.
 At quam extranea sit in ordine ad inferendam compræhensionem aliarum Villarum
 in æstimo Aronæ perspicuum facimus causa istius inæqualitatis.
 Præmittendum siquidem estde anno 1462. Celitudinem Ducis Francisci Sfortiæ valde
 intentam conseruando redditui salis venalis, in quo confitebat melior neruus Prin-
 cipatus, cum experientia dicisset satis custodiri non posse rem salaria ab introdu-
 ctione exteri salis, ex quo fiebat vt minus salis extraheretur à Ducali Gabella in ma-
 ximum Ducalis Cameræ præiudicium, singulas Communictates adegisse præceptis
 necessariis, taxatis ijsdem Communictatibus in certo numero steriorum Salis ad ra-
 tam capitum, & cæterarum rerum vsum Salis exigentium quarum descriptionem, &
 capitationem ad hunc effectum prius fieri iusserat idem Dux Franciscus, vt testatur
Somal. in suo allegi. pag. 87. verf. mā l'anno 1462.
 Hinc factum est vt quimplura Oppida huius Domini, quorum culturæ minor num-
 rus agrestium sufficiet, attenta modicitate eorum perticatus, si tamen in eis con-
 tigerit plures reperiri habitantes, vel ratione mercimonij, vel ratione situs, vel
 quavis alia de causa maiorem sumam Salis fortitæ fuerint, ex quo vt præmisimus
 onus salis in sui origine fuit personale, & distributum pro modo capitum in singulis
 terris degentium, sicuti quod onus Salis sit personale docent *Plot. in tract. de in situ*
iur. Gallia conf. 59. num. 47. Alb. conf. 322. num. 2. lib. 2. Garon. adn. C. tit. de oner. in
prælud. num. 4.
 Cum autem de anno 1547. Augustissima Maiestas Caroli V. pro sustinendo milite indi-
 xerit præstationem scutorum 300.m. exinde nomine mensualis appellatam ex men-
 strua solutione, eamq; inlerit distribui pro modo Terrarum, & quarumlibet facul-
 tum à subditis possessorum, & peræs, & libram, ad quem effectum iussa etiam fuit
 per Excell. Moderatores generalis dimensio totius Status, & formatum æstimum.
 Status, deinde eius subdivisio à singulis Prouincijs in Communictates, & Terras sui
 districtus, malo fato huius Ducatus effectum est, vt quota mensualis obuenta Duca-
 rum facultatum, sed cum nulla se offerret promptior ratio distribuendi, per modum
 prouisionis illa repartita fuerit super starijs Salis vnicuique Communictati incumben-
 tibus ex Taxatione prius facta per Ducem Franciscum Sfortiam, vt testatur Ma-
 gistratus in sua relatione facta ad Senatum Excell. Die 10. Aprilis 1565.
 Ex hac veridica narratione decerpta tum ex testimonij *Somal. in tract. mensuali*, tum ex
Opuscul. Balthes. Paravic., tum etiam ex alio Opusculi *Piazzoli Novocom.* habent
 Aronenses veram originem, & certam causam, cui referant excessum suorum one-
 rum, quæ nihil habet Communictate cum assumpto per eos proposito de vniōne alia-
 rum Terrarum sibi ipsi facta tempore generalis dimensionis, sed immò illud de di-
 recto excludit cum constet ex ea, æstimum generaliter factum, vt ad ratam illius
 onera subdividerentur, & in cuius repartitione aiunt cum æstimo Aronæ compræ-
 hensu fuisse æstimum Muzzani in hoc Ducatu caruisse effectu, sed onera semper
 fuisse distributa ad normam steriorum Salis, à quo processit Communictatis calamitas,
 vt cum onus mensualis, sub quo aggregantur cæteræ onera abindè superuenta, inspe-
 cta formæ illius impositionis, à qua non est recessendum, l. pr. ff. de cenf. sit mērē rea-
 le tanquam instum solui pro modo facultatum, vt de mensuali, quod sit onus reale
 tradit *Plot. conf. 36. num. 3. Rbandens. de Analog. cap. 40. num. 27. 28.*, & proinde nul-
 lam habens proportionem cum onere Salis respiciente numerum capitum, si quod
 metiendum erat pro modo perticatus, metitum sit pro numero capitum, ex forma
 repartitionis adeo improprietabili necessario sequi debuerit inæqualitas, & vnum
 Oppidum, quod habito respectu ad eius Territorium non relevaret nisi æstimum li-
 brarum decem, habito respectu ad numerum habitatorum, facile relevare potuerit
 æstimum lib. triginta, vt accidit in Communictatibus Intræ, Pallantia, Modoc-
 tiæ, Seroni, Casorati, & quimpluribus alijs; Cum autem eadem ratio nempe, &

frequentis mercimonij, & excellentiae situs concurrat etiam in Oppido Aronae gau-
dente vbertate, & commodis verbari Lacus mirum non est si & ipsa maiorem far-
cinam cum ceteris sortita fuerit, quem perinde pati tenetur absque eo, quod con-
tut in concursum vocare alias Communitates, quarum contributio non fuit in cau-
sa, vt Oppidum Aronae gravaretur maior aestimo.

Nunc ab eudenti non iure Aronenium conuerto me ad demonstrandum bonum ius
Communitatis Oledij pro tuendis in aestimo suo bonis Muzzani nimium evidenter
vnitis vnione plenissima tam quo ad subiectionem, quam quo ad onerum contribu-
tionem, & participationem omnium effectuum, & consequentiarum, que possunt
oriri ab vnione perfecta.

Iamque intelligit Illustrissimus Magistratus, non loqui nos de aliqua vnione acciden-
tali, siue potius artificiali, quæ processerit aut ex aliqua aggregatione facta de-
mandato Superiorum, aut ex pacto ipsarum Communitatum, sed de vnione natu-
rali, siue potius communione quadam consistente in eo, quod locus Muzzani tan-
quam Capitina non habens proprium, & particulare Territorium in sua origine fue-
rit membrum Communitatis Oledij, pars sui perticatus, & sue iurisdictionis, sive
agi de illa subordinatione per quam certum est vicos, seu casulia ab ipsis incunabulis
oriri subiecta capiti Territorij, illique subiacere, de qua specie vnionis loquitur rex.
in l. qui ex vico, ff. ad municipal. Regin. cons. 40. num. 15. Cutell. decisi. scilicet 21. n. 8.; Ideoq;
sola vnitatis Territorij, & subiectio bonorum tribuat Communitati, & loco dominanti
ius euocandi haec bona ad secum contribuendum ex illa potestate æconomica, quam
habet Communitas administrandi res communes, & singulis munera, & onera vti-
partibus illius Communitatis partiendi, vt in his terminis facultatem Communita-
tum definit *Dond. cons. 64. n. 6.* & faciunt scripta per *Bart. in auth. quib. mod. nat. affi-*
sui vers. ult. Iasi. cons. 166. n. 3. lib. 4. Alba cons. 111. n. 26., vbi quod Villæ, & castra
subiecta alicui Ciuitati debent facere collectam cum ipsa Ciuitate, & sequi ius ipsius:
Menoch. cons. 75. n. 20.

Ab individua vero probatione istius vnionis omnino relevanda esset Communitas Oledij
ex sola possessione exigendi onera à possessoribus Capsinæ Muzzani, in qua persistera-
uit, & stetit usq; ad diem motæ litis per ipsam Communitatem contrâ Muzzanenses ob-
recusatam sibi onerum contributionem, quod fuit de anno 1637., in qua possessione
se ipsam seruauit etiam lite ipsa pendente, facta actuali executione contra Massarios
loci Muzzani de anno 1658., de qua constat ex relatione in actis dimissis, quia cum
pro ipsa militent vltimi status, illiusque intentio sit sufficienter fundata in sua quasi
possessione, ex parte vero Aronenii nulla detur concludens probatio asertæ
vnionis cum Oppido Aronae sola possessio sufficit ad victoriæ, & possessori satis est
vincere ex non iure Actoris, vt in puncto vnionis, quod illa non sit probanda per
existentem in quasi possessione, sed in illa defendi debeat, donec per péritem dentur
probationes in contrarium, decisum refert *Mintic. decisi. 72. num. 3. Post. de manuren.*
obser. 42. n. 43.

Nihil refragante, quod ab anno 1637. citra Communitas Oledij docere non possit de
continuacione ex actionis; quia cum vt præmonuimus, abinde citra semper viguerit
lis coram Illustrissimo Magistratu, coram quo nouimus instantias nunquam peri-
re, tempus litis pendente non est in consideratione ad effectum interuertendi pos-
sessionem, in qua Olediensis reperiuntur ante litis contestationem, sed attendendus
solum venit status existens ante securam turbationem: *Post. de manuren. obser. 5. 8. n. 12.*,
vbi quod ad complendum tempus decennij, quo perditur ciuilis possessio, non com-
putatur tempus effluxum post item motam.

Cæterum ne veritas ista, quam quærimus, fraudetur exquisitissimis probationibus, con-
stanter ascrimus ex documentis exhibitis pro parte D.D. de Ottolini, comprehen-
sionem bonorum Muzzani in aestimo Oledij omnino in claris esse.

Incipiendo autem ab illis circumstantijs, quæ solent ponderari tanquam signa vnionis
naturalis vnius Villæ cum alia.

Offert se primo loco ipsa situatio, & topographia Capsinæ Muzzani, cuius ager cum
immediate cohæreat agro Oledensi, è contra vero ager Muzzanensis sit in non mo-
dica

dica distantia à territorio Aronæ, quæ immo inter unum, & aliud intermedient ter-
ritoria Mercuraghi, ipsa vicinitas, & cohaerentia cum Oledio præber virgentissimam
coniecuram, quod locus Muzzani sit de territorio illius Oppidi, cui magis coheret
Knichen. de iure Territ. c. 3. n. 100. Klok. de contrib. cap. 20. num. 304., vbi quod vicinias
præber apertitudinem, & argumentum Dominij, & quod adiacentia eiusdem iuris
habeatur, cuius suæ ea, quibus adiacere videntur.

Prout etiam, quod Capsina Muzzani sit de Territorio Oledij indebitanter cuincitur ex
iteratis actibus iurisdictionis exercitis contrâ possessores bonorum Muzzani per Pra-
torum Oledij de quibus constat per relationes executionum in actis dimissis; Cum
enim iurisdiction coheret suo Territorio, eiusque limitibus circumscribat, sequi-
tur vt exercitum iurisdictionis in aliquo loco arguet subiectionem illius, & præber
locum esse de territorio illius Oppidi, cuius Iudicem recognoscit. *Menoch. cons. 264.*
num. 9. 10.

Cum autem in materia solutionis onerum regula sit, vt illa pendi debeant in ea Ciuita-
te, Communitate, vel Oppido, in cuius territorio sita sunt bona, vt expresse defi-
nit *Text. in l. forma censualis. S. Si vero quis Agrum, ff. de cens. & tradit Alba cons. 111.*
num. 6. ex ipsa vnitate Territorij vehemens argumentum resultat, vt via ratione
Territorij præsumantur vnta quo ad onerum sustentationem, quia onerum contri-
butio sit effusus frequentius & sui natura pendens à subiectione quo ad Territorium
Quæ quidem præsumptio fundata in identitate Territorij elevarit ad gradum plen-
sime probationis, iuncta *Statuta Patrio 236. vol. 2.* generaliter disponente, vt bona
subeant Sarcinam cum eo Burgo, in cuius Territorio sita sunt; Quin immo si verum
animus, Intentio Olediensum nullo majori admicculo egere videtur illo, quod
sibi assurgit ex aperta littera memorati Statuti, decidente omnes casus, qui venire
possunt in controversiam.

Aut enim concedunt Aduersantes in Claris esse Capsinam Muzzani esse de Territorio
Oledij, & in hoc casu res est decisa per primam sententiam eiusdem Statuti, iuben-
tis vt bona concurrent cum eo Oppido, in quorum sita sunt Territorio.
Aut volumus in ambiguo esse, cui Territorio adscribenda sit Capsina Muzzani, & tunc
ingreditur secunda pars eiusdem Statuti, vt cum ipsa vicinior sit, quin immo imme-
diata congrua Territorio Oledij, vbiè contra notabilitè distat à Territorio Aronæ,
sola propinquitas sit fundamentum sufficiens ad eam trahendam in contributum
cum illo Oppido, cuius Territorio propinquior est.

Aut etiam volumus contra facti evidentiam, illam esse de Territorio Aronæ, vel Mer-
curaghi, & hoc quoque casu, cum sit manifestum, reperiri eam in quasi possessione
libertatis non soluendi, nec cum Arona, nec cum Mercurago, non solum per decen-
nium, sed à tempore immemorabili, cum immo non possit doceri, illam vñquam
contribuisse cum aliqua ex predictis Communitatibus, è contrâ vero, doctum fuerit
de continuacione solutionum cum Communitate Oledij non solum per quinque
nium, vt requirit dictum Statutum, sed vltra integrum seculum, nempe ab anno 1532.,
usque ad 1637., à quo tempore citra semper viguit lis inter Oledium, & Muzzatum,
pariter expedita est quaestio, vt postposito quovis Iure Territorij Suffragetur sibi
possessio non soluendi cum Arona, & subiectatur Oledio ex possessione soluendi cura
ipsa Communitate Oledij; quod est conforme dispositioni Iuris Communis in cuius
terminis habemus æque decisum, quod quando constat, homines vnius Terræ con-
sueisse contribuere in collectis cum hominibus alterius Oppidi, idque seruatum sit
per consuetudinem longi temporis, nihil amplius sit innouandum contrâ talēm con-
suetudinem, vt in puncto decidunt *Alex. cons. 78. vol. 6. Dec. cons. 285. vol. 1. vers.*
sed predictis. & cons. 638. Alba cons. 111. num. 10. Vnde patet dictum Statutum validis-
sime armari pro Communitate Oledij, pro Aronenibus vero nullum effugium relin-
quere vt euocant ad concursum bona Muzzani iam sati incorporata cum Oppido
Oledij, vel ratione Territorij, vel ratione quasi possessionis soluendi cum eo.
Præterea cuincitur haec vnitatis essentialis Capsinæ Muzzani cum Communitate Ole-
dij ex ipsa quantitate perticatus, quem conficit Burgum Oledij, & in quo adnotatum
reperitur ab antiquo in omnibus Catastris, & etiam in libris Ducatus. Cum enim

in confessis sit totum perticatum Oledij ascendere ad numerum perticarum 8155.
Hæc autem summa perticatus non resulset, nisi iunctim computetur etiam perticatus, quem releuat Capsina Muzzani, quo secluso, Oledium non conficeret nisi perticas 6842., vt constat ex distinctis descriptionibus, quæ leguntur in libris Sindicorum Ducatus, exinde elicimus necessariam consequentiam, vt Capsina Muzzani sit pars quotitatiua illius Totius, in quo reperitur descriptum Oppidum Oledij, dum alioquin perticatus Oledij non potuisse describi in prædicto numero perticarum 8155.
Pro vt etiam non mediocre signum communionis istorum locorum præbet attestatio Capserij Salis Aronæ, quod habitatoribus Capsinæ Muzzani sal vendi soleat codem pretio, quo venditur incolis Terrarum, quæ procedunt à DD. Vicecomitibus; Cum enim extræ controversiam sit, Capsinam Muzzani non esse vnitam cum villa alia ex Terris Vicecomitum, rursus neque in libris Cameralibus reperiatur separatis descripta, nec habeat proprium Territorium, neque formam vniuersitatis, Hæc participatio Priuilegij competentis Terris Vicecomitum, non potest referri ad aliam causam, quam ad vniōnem quam habeat cum Oledij, quod recensetur inter Terras Vicecomitum, quippe hic est præcipuis effectus vniōnis, vt omnia Priuilegia competentia loco principali, cui fit vno, communicentur Villæ vnitæ. *Calcan. cons. 34.*
Pacian de probat. lib. p. cap. 27. n. 25., quia vnitorum eadem est natura, & essentia. *Valenzuel. cons. 39. n. 19. 20.*, quod sane Priuilegium participare non posset Capsinæ Muzzani, ubi supponatur esse de Territorio Aronæ, illiq; vnta, quia cum ipsum principale Oppidum subeat maius pretium Salis, eamdem fortunam pati deberent cæteræ partes, sui Territorij, nè plus Priuilegij sit in membro, quam in corpore, ne loca vnta, & accessoria censeantur diuerso iure a suo principali, *I. etiam, C. de Iur. dat. 25. cap. accessionum de reg. Iur. lib. 5. Barbos. axiom. 4. num. primo*.
Ab his principijs, quæ intentionem Communitatis Oledij fundant à priori, nempe ex argumentis denotantibus intrinsecum vnitatem, ratione situs, ratione subiectionis, & totalitatis perticatus, quæ resultat ex copulatione vtriusque gradum faciendo ad aliud genus probationum scatentium à posteriori, nempe ab effectibus, & veris demonstrationibus probantibus vniōnem Communitatis vnius cum alia.
Offerunt se primo loco bina Instrumenta conuentuum innitarum inter Communitatem Oledij, & DD. de Gattis in indiuīduo super iure collectandi bona Muzzani inferioris, in quorum primo celebrato sub die 28. Augusti anni 1532. Cum dicti de Gattis tuerentur se ipsos prætextu immunitatis realis competentis ipsissimis bonis, vel quia in origine prouenissent e manu, & stirpe DD. Vicecomitum, vel quia immediate vendita, & aquisita fuissent à Ven. Hospitali Maiori huius Vrbis, è contra sustinente Communitate Oledij, boni esse collectabili tanquam de corpore eiusdem Communitatis, neque doceri de titulo prætensiæ immunitatis, quæstio dirempta fuit, immittæ pactione, vt contemplatione cuiuslibet dubietatis in causam onerum tam ordinariorum, quam extraordinariorum possessores bonorum Muzzani tenerentur concurrere ad onera cum Communitate Oledij pro summa librarum quinque sol. octo Imper. In secundo autem stipulato sub die 10. Decembris anni 1556. subartis denuò controversijs inter Oledienses, & Muzzanenses ob incrementum onerum, ex quo Communitas prætendebat augendam fore præstationem, denuò conuentum extitit, vt contemplatione auctorum onerum augeretur etiam contributio facienda Communitati usque ad summam lib. 15. anno arum.
Ecce igitur exquisitissimam probationem compræhensionis bonorum Muzzani in Communitate Oledij resultantem ex hac dispositiua recognitione subiectionis, & obligatio[n]is Muzzanensis ad contribuendum cum Oledio, quæ non solum habet fouere antiquum ius Communitatis pacientis, & declarare, quod Capsina Muzzana sit de Corpore Oledij, sed habet vim inducendi communionem ab inde citra, & efficiendi, vt bona sic collectari conuentia efficiantur perpetuo vnicæ; Ita vt tribuat titulum aggregationis priuatiu quo ad quaslibet alias Communitates, vt de huiusmodi recognitionib[us] soluendi collectas, quod vel cōseruent ius, quod inueniunt, vel etiam habeant vim dispositiue subiecti recognoscement solutioni onerum erga illum, cum quo facta est recognitio, si fiant scienter, & animo subiecti scribit *Klok de contrib. c. 20. n. 65. & 66.*

Nec

Nec quidquam detrahunt huic solidi fundamento obiectata pro parte Aronensem. Quod dictæ conuentiones sint res inter alios factæ, siveque nec possint vulnerare iura alterius Communitatis, cui debeant esse vnitæ. Quod posterior conuento secula de anno 1556. non fuerit absoluta, sed conditionalis, nempe duratura quo usque æstimū periceretur, & publicaretur, quæ conditio cu[m] euenerit, publicato deinde æstimō, nempe de anno 1599. resoluta fuerit ex necessitate præambuli. Quodque tales conuentiones tanquam ambæ anteriores publicationi æstimī non excludant intentionem Aronensem, cum non percutiant idem tempus, a quo ipsi defununt initium suppositæ vniōnis, quam proponunt fecutam tempore facta dimensionis, & compilati æstimī generalis. Quod demum dictæ conuentiones laborent intrinseca nullitate ex defectu potestatis in ipsa Communitate transigente cum ex dispositione N. C. in tit. de oneribus, §. Communitates, prohibuit sit Communitatibus pacifici super immunitate onerum. Si quidem in ordine ad primum, quod tangit exceptionem rei inter alios actæ. Respondet huic exceptioni locum non esse, inspecta materia de qua agitur, quæ cum conceruat subiectionem Capsinæ Muzzani, & eius contributionem ad onera praetensam à duabus Communitatibus, hoc habet speciale, vt actus facti inter vnam Communitatem, & praetensum subditum, sive contributarium præiudicent alij. Oppido prætendenti eamde[m] subiectionem, sive contributionem faltem a die scientiæ, vt in puncto responder *Alba cons. 114. n. 14.* De hac autem scientia conuentionum prout etiam de ceteris actibus possessorijs vniōnis securis inter Communitatem Oledij, & Muzzanenses dubitari non potest, quod illa concurrat in Aronenibus faltem ab anno 1632. quo tempore mota per Aronenses alia simili controversia contra loco Muzzani, hæc omnia deducta fuere per DD. Gatticos, hisipissimis fundamentis sustinente compræhensionem huius Capsinæ in æstimō Oledij, quod quidem iudicium cum postmodum derelictum fuerit ab Aronenibus, neque vñquam reassumptum, Interim vero Communitas Oledij perseverauerit in adimplimento, & executione suarum conuentionum, exinde non solum conuincitur in Aronenibus vera, & indiuīdualiter, quantum interfuxit a die moti illius iudicij, & postea derelicti, usque ad diem huius nonæ litis, que ex integrō fuit inchoata. Secundò respondet, quidquid sit, an conuentiones, & cætera actitata cum Muzzanensis probent compræhensionem Muzzani quo ad plenum præiudicium Aronensem, certè nocere quo ad quæle præiudicium, nempe quo ad velimentem præsumptionem, quæ insurgit ex patientia contributionis, ex recognitione Communitatis Dominantis, qui actus præbent colorē veritatis quo ad omnes etiam non interuenientes huiusmodi actibus, & tribuant conjecturam, vt conuentiones eiusmodi præcesserint non in fraudem aliquius, quia fraudandi animus non præsumitur, sed ex bono iure Communitatis Oledij agnito per Muzzanenses, ut postgl. & DD. in l. 2. Cod. de edend. aduertit *Alb. dicto cons. 114. num. 16.* In ordine autem ad secundum, quod distæ conuentiones fuerint resoluibilis in casu publicationis æstimī generalis ex pacto adiecto, vt secula tali publicatione DD. Gattici tuerentur, aut trigere, & formare sibi suum peculiare confimentum, aut in totum concurrere ad onera non pro modo conuentionis, sed iuxta veram quotam fibi obiecturam. Respondet, resolubilitatem conuentionis non proinde efficere, vt conuento minus sit obligatiu, aut minus efficax, per hoc quod in certum euentum resoluti habeat, siveque ex tali pacto non imminui probationem compræhensionis, & passiue subiectionis Capsinæ Muzzani cum Oledio, quæ resultat ex conuento interim concurrendi ad onera pro certa summa, quippe contractus resolubilis propriè dicitur contractus in suo esse perfectus, & productius omnium effectum, qui conuehit obligationi puræ, & absolutæ. *Ornat. da contract. oner. tract. 2. disp. 70.* Si videmus in venditione sub pacto gratiæ redemptiæ, quæ licet venditore volenter importet necessitatem resolundi priorem contractum, non proinde ex huiusmodi pacto

paetō resolutio alteratur substantia, & vis venditionis, quo iniūs producat effectum
plenæ translationis Dominij, non minus, ac operetur venditio libera, & absoluta.
Cyriac. contr. 756. num. 34. Fontanell. decif. 69. num. 9.
Porro non ex eo, quod secuta fuerit publicatio æstimi, sive aduenerit conditio, sub
qua pacta fuit resolubilitas conuentionum illico potest dici euauisse effectum huius
modi conuentionum, & cessasse communionem Muzzanensem cum Oppido Oledij.
Vel quia cum hoc pactum resolutum inductum fuerit, & conuentum fauore Com-
munitatis Oledij, cuius præcipuum interetic vertebatur in constituendo hoc sepa-
rato censimento non poterat ex inadimplemento DD. de Gatticis locus esse resolu-
tam conditionem, vt non operetur, nisi volente eo in cuius fauorem est appositum.
Cancer. var. resol. cap. 13. num. 89.
Vel quia, vbi velimus dictas conuentiones ob non factam æstimi separationem resolu-
tas fuisse etiam ex voluntate Communitatis, quæ elegerit vi beneficio huius paeti,
prout eam voluisse verius est; Tantum abest vt haec resolutio minuat effectum na-
tum ex dictis conuentionibus, quantum ad probandum conuentione Capinae
Muzzani cum Oppido Oledij, quod potius ipsa annullatio conuentionis in casu se-
quato tendit in augumentum iuris ipsius Communitatis, & remouet omne dubium
quoniam Capina Muzzani debet comprehendendi in æstimo Oledij, cum resoluta tali
conuentione subintret alia obligatio Muzzanensem, & aliud caput conuentionis,
soluendi onera cum hominibus Oledij, non quidem cum moderamine conuento ante
publicationem æstimi, sed usque ad integrum sarcinam; Ideoque eventus conditio-
nis apposita in dicto Instrumento anni 1556. habet quidem resoluere vim conuentio-
nis quoad caput respiciens minorationem oneris, non autem quoad substantiam
obligationis, quam potius auxit, & confirmavit.
Nihil etiam refragante, quod non obstante omissione separatae descriptionis DD. Ga-
tici perseverauerint in sola præstatione annuarum lib. 15. ab anno 1599. usq; ad an-
num 1614. Cum vigore conuentionis debuissent subire integrum portionem onerum
sibi ipsis spectantium; Vnde oritur argumentum, quod talis præstatio processerit vel
contemplatione aliquorum bonorum positorum in Communitate Oledij, vel ob Ius
pascuandi, & stramina colligendi concessum DD. Gatticis in iisdem conuentionibus.
Enim vero ex hac continuata forma solutionis iuxta tenorem conuentionis, potest qui-
demeli argumentum, quod Olediensis non fuerint statim vi beneficio paeti appo-
siti in dicta postrema conuentione, vel per Incuriam eiusdem Communitatis, quæ
distulerit cogere DD. Gatticos ad plenum concursum onerum, vel etiam quia cum
eousque non essent in hoc Ducatu multum aucta onera, forte expediret eidem Com-
munitati inhærere præstationi lib. 15. quæ habito respectu ad onera tunc currentia,
& ad modicatem terræ cultuæ, quam in longè minori perticatu tunc habebat Cap-
sina Muzzani, & etiam ad redditus Vicanales, quos habebat, & habet Communi-
tas Oledij, & quos prius esse expendendos in solutione onerum, quam grauentur
particulares de proprio docet *Menoch. conf. 80. num. 78. & seq. Garon. de onerib. art. p.*
num. 209. non valde poterat distare ab ea summa, quæ obtingere potuisset, si rigo-
rose assignata fuisset Muzzanensis sua quota oneris, aut non potest desumi conse-
quentia, quod continuatio præstationis in summa lib. 15. fuerit pro alia causa, quam
pro conuenta in memoratis Instrumentis, quæ cum diserte canant, occasione quorum
cunque onerum ordinariorum, & extraordinariorum, & penitus in excogitorum à Reg-
& Duc. Cam. Mediolani prouenientium, nec non ipsorum Hominum Ollegij prædicti, &
principiæ mensualis, & fortificationis, ac gaestatorum, & hospitationum militum, ac quo-
rumcunque aliorum onerum in dicto Communi, & Hominibus Ollegij prædicti incumben-
ti, & imponendorum quouis modo ut supra, & hoc respectu bonorum dicti D. Marci. An-
tonii sit in dicto loco Mizani inferioris, & eius Territorio, ac etiam respectu personarum
Massariorum habitantium, & qui in futurum habitabunt nomine dicti D. Marci. Antonij,
& hæredum suorum in dicto loco Mizani inferioris, & eius Territorio ut supra, vt
postposita quouis contraria præsumptione, referenda veniat ad illam causam, cum
in claris non sit locus præsumptionibus.

Et

Et cum negari non possit, quod annua lib. 15. persolutæ à die innitæ postremæ con-
ventionis usque ad diem publicationis æstimi cesserint præcisæ in causam onerum, ita
disponentibus verbis conuentionis; Ita à die publicationis æstimi citra non docta
intercessisse aliam causam, cui tribui possit, præsumi debet solutio continuata in
eamdem causam, ob quam cepta fuit, & in extinctionem præcedentis obligationis.
*Bartol. in l. tritium, num. 2. ff. de verb. oblig. & in l. sita fuero stipulatus, S. fin. ff. de-
nonat. Cenc. de cens. qu. 66. num. 66.*

Cæterum concidit in facto aduersaria obiectio, cum in actis sit plenè probatum quod
autis deinde oneribus Communitas Oledij statim expergefacta fuerit, & executio-
ni mandauerit conuentione contrâ Muzzanenses, illos cogendo ad totalem con-
tributionem onerum, immo assignando suum militem, camque adstringendo ad ef-
fectuam hospitationem, vt probant Binæ attestations Consulum Oledij, altera
dici 27. Februarij 1621. altera vero dici 27. Iulij 1637. & constat etiam ex præceptis,
& monitionibus Decretis à Prætore Oledij contra possessores bonorum Muzzani sub
die 20. Augusti anni 1637. vt soluerent importantiam denariorum 66. æstimi ascen-
dentem ad summam lib. 141. sol. 5.

Hinc etiam patet, quam sit inuerosimilis alia causa cui putant Aronenses tribuere an-
nuam responsionem lib. 15. afferendo, eam cedere pro iure pascui, & straminis con-
cessio Muzzanensis vigore memoratarum conuentionum.

Quoniam vitra quam quod huic interpretationi semper reficit littera Instrumenti ref-
pondet, quod postquam vigore memoratarum conuentionum Capina Muz-
zani recognovit locum Oledij in suam Communitatem dominantem, postquam
venit in contributum onerum cum eadem Communitate, & postquam irrefragabile
est, Capsinam Muzzani esse membrum Territorij Olediensis, & subesse illius iuri
dictioni, & cum ea constitue idem Corpus iam ad effectum potiendi iure strami-
nis, & pascuorum in Vicinalibus eiusdem Communitatis somniari non potest, quod
illa indiguerit medio alicuius præstationis, sed huiusmodi commoda iam fatis erant
quaestia Muzzanensis iure ius communionis, quæ independenter à quavis contri-
butione communicat Villæ vnitæ, & hominibus eiusdem Territorij non solum ius
pascuandi, sed etiam alia Priuilegia, quæ considerantur tanquam fructus commu-
nionis, vt in puncto, quod ius pascuandi competit Villæ vnitæ ratione sue vni-
onis scriptis *Calcar. conf. 34. in prin. quem refert, & probat Tuſch. concl. 230. num. 22.*
& 23. litt. V. Vnde dum in utroque ex memoratis instrumentis conuentam legimus
fauore Muzzanensis facultatem pascendi, & stramina colligendi intelligimus
hoc caput conuentionis nihil aliud esse, quam meram explicationem illius, quod
tacite inerat, quodq; veniebat in consequentiam illius subjectionis, & communio-
nis, quam incontinenti profitebatur Capina Muzzani cum Communitate Oledij,
ac proindè in concessione, sive potius declaratione iuris pascendi, ne quidem obu-
lum conueniri in precium huius facultatis, sed præstationem totam caderet super
materia onerum, signum evidenterissimum, quod in hac conuentione ius pascendi
consideratum fuit tanquam simplex appendix vnitæ contributionis, quæ principa-
liter conuenta fuerat.

Non officit demum tertia ponderatio consistens in eo, quod dictæ conuentiones sunt
anteriores generali dimensioni, & publicationi æstimi, ideoque relinquunt possibile
assumptum Aronensem, quod Capina Muzzani sibi vnitæ fuerit tempore dimen-
sionis, & æstimi generalis.

Primo enim licet prædictæ conuentiones tanquam cadentes sub annis 1532. & 1556.
quantum est in se ipsis non inuoluant, nec probent contributionem bonorum Muz-
zani cum Oledij pro toto tempore posteriori atamen, quo ad fundandam intentio-
nem Communitatis, cum ex illis concludenter probetur obligatio Muzzanensem
concurreri ad onera cum Communitate Oledij saltem de annis 1532. & 1556.
rursum agatur de conuentione habente tractum successuum, & apta durare in perse-
tuum, vt sonant illa verba „Item quod supradictus D. Marcus Antonius ab hodie
in antea teneatur &c. quæ includunt temporis posteritatem ad tradita per Barbos.
dict. 153. negari non potest, quin ex illis probetur vno dictorum bonorum cum
Oledid,

Oledio, & obligatio permanendi in vniione conuenta imposterum. Probatà autem præcedentia vnionis, sequitur, vt cum agatur de Villa iam vnta cum alio Oppido, illa non potuerit rursus vnitam cum alia Communitate, nisi prius daretur separatio ab alio Oppido, cui prius erat vnta; quæ quidem separatio cum in præiudicium alterius Communitatis praticari non posset nisi de consensu, & licentia Superiorum ad tradita per Alb. conf. 111. Hinc fit, alia Communitas prætendens expost eamdem Villam sibi fuisse vnitam, teneatur concludenter probare actum separationis ab alia Villa de mandato Superioris, aliter, non docto de iuridica diuisionem præsumendum sit eam durare vnitam ci Oppido in ante fuerat, & retinere suam primæviam oraturam. Bald. conf. 183. Gallia conf. 70. num. 31. & seqq.

Rursus supposita præexistens vnionis Muzzani cum Communitate Oledij pro tempore antecedenti ad generalem dimensionem, & æstimū publicatum in hoc domino de anno 1599. ad exclusionem huius nouæ vnionis sic formo argumentum.

Aut volunt eiusmodi vniuem secutam fuisse in actu ipsius dimensionis generalis, & hoc falsissimum patet, atque impossibile, tum quia officium, & instructio dimensionis non fuit vniendi, aut separandi, aut quidquam alterandi de primæuo statu Villarum, & Oppidorum, sed tantum ea describendi, & dimittendi prout iacebant quinimodo omnes Villas fuisse tunc separatim emensas testat. Somal. in suo Allegamento fol. 347. ibi, misurando ciascun luogo separata mente; Tum quia si in actu dimensionis, quæ perfecta fuit anno 1552. Capsina Muzzani vnta fuisset Oppido Arona non potuisset exinde, nempe de anno 1556. siveque annis quatuor post factam dimensionem inter Oledienses, & Muzzanenses deueniri ad ultimam conuentione, in qua, & fuit suppositum tunc temporis Capsinam Muzzani contribuere cum Communitate Oledij, & fuit rursus taxata in annuis lib. 15. tanquam adhuc coniuncta cum ipsa Communitate.

Aut volunt secutam in actu publicationis æstimi generalis, qui fuit de anno 1599. & in hoc sensu assumptum Aronenium peccat de falso supposito; Quippe cum vniuersa historia onerum, & experientia ipsa demonstret publicationem æstimi dedisse quidem normam repartitionis mensualis inter prouincias, & prouincias, non autem inter prouinciam Ducatus, & sua Oppida, inter quæ non fuit facta noua publicatio, aut subdivisio æstimi super terras prius dimensas, sed norma distributionis desumpta est à numero steriorum Salis assignatarum cuilibet Communitati. Vnde cum vtraque ex his Communitatibus, pro ut cæteræ omnes, sortita fuerit æstimum suum iuxta numerum steriorum salis, quæ singula ferebat, nec repartitione mensualis quota salis fuerit aucta Arona, aut diminuta Oledio, sed vnaque retinerit suam ratam Salis, ingreditur necessaria consequentia, vt sicuti ante publicationem æstimi Communitas Arona erat taxata in starijs salis, nec tamen habebat vnitam sibi Capsinam Muzzani, Oledium vero taxatum erat in starijs 20. concurrente secum Capsina Muzzani, ita cum nunc quoque portio salis nec sit maior respectu Arona, nec minor respectu Oledij, concludendum veniat ex publicatione æstimi nihil innouatum fuisse de statu antecedenti.

Et hoc est certius Inditium, quod DD. obseruant in materia probandæ vnionis, vt cum separatio ab una Communitate, & aggregatio ad alteram importet diminutionem in eo Corpore, à quo fit dismembratio, Argumentum vero in alio Corpore ad quod fit accessio, proinde ad ratam partis, que detrahitur, & augetur, diminui debeant onera respectu Communitatis, quæ patitur diminutionem, augeri autem respectu illius, quæ recipit augmentum, quo effectu cessante, necessario infertur, cessare etiam vniyonem, vt in puncto obseruat Alb. in separatione, quam probat de Communitate Viqueriae à Principatu Papiæ conf. 113. num. 4. vbi habet hæc verba, nequæ talis separatio attruit magnum dispendium Communitati Papiæ; quia quo ad onera præstanda nullum fuit illatum ei damnum, nam si fuit diminutum territorium, fuerunt etiam diminuta ei onera pro rata portione faciunt scripta per Klok de contrib. cap. 17. num. 137. & seqq. vbi quod imminutiones Territorij leuamen, & diminutionem exacti- num incrementur.

Obiecta deum nullitas earumdem conuentionum vix responsonem merentur quippe

in sensu veritatis firmari non potest pacta in dictis conuentionibus inita habere sibi resistente dispositionem N. C. cum tam ex mente, quam ex littera carum non fiant generaliter irrita quævis pacta communitatum concernientia materiam onerum, sed illa tantum per quæ fiat detrimentum iuribus Communitatum ex concessione immunitatis. Tantum autem abest, quod in pactionibus de quibus agitur contineatur immunitatis concessio, quod potius bona, quæ asserabant exempta rediguntur in contributum per expressum pactum ex quo Communitas cœpit querere ius exigendi oneræ ex bonis alias contributione non agnoscentibus, & se ipsam constituit in quieta possessione, in qua forte non reperiebatur ante dictas conuentiones, quibus casibus certum est sustineri transactioes tanquam tendentes in eidens beneficiu Communitatum etiam sine villa solemnitate. Faber. ad Cod. lib. 2. tit. 8. defin. 7. Rota post Merlin. de pignor. decif. 123. num. 14.

Ad hanc solidissimam probationem resultantem ex geminatis conuentionibus Muzzanensis concurrendi ad onera cum Communitate Oledij proxima est secunda probatio resultans ex solutionibus factis per eosdem possessores Muzzani, vel de summa conuenta, vel etiam de integra portione onerum illis spectantium iuxta distinctionem casuum, & temporum contemplatorum in dictis conuentionibus, de quibus solutionibus constat tūm ex publicis Instrumentis in actis dimissis, tūm ex narrativa emissa in Instrumento procuræ factæ per Condominos Communitatis Oledij in Gulielmum Gentinum 18. Aprilis 1635. quod possessores Muzzani perseverauerint in adimplemento conuentionum, quo usque ex incremento onerum opportunum duxit Communitas vti pacto apposito in conuentione anni 1556. vt Muzzanenses integrè concurrent ad solutionem onerum; Cum itaque non solum constet de obligatione contribuendi suscepta per DD. Gatticos, sed etiam de executione, & implemento eiusdem per positivos, & continuatos actus solutionum ingreditur conclusio in iure receptissima, quod ex contributionibus per antea tempora factis per populares in aliqua Communitate inducatur obligatio in posterum soluendi cum eadem Communitate etiam iure communionis iuxta celebre Consilium Alexandr. 78. vol. 7. quem probant Alb. conf. 62. num. 3. Menoch. conf. 264. num. 5. *Arno. boni*

Eadem consequentia elicetur ex attestationibus Consulum Communitatis Oledij concludentibus concursum Muzzani ad integræ onera, quibus attestationibus plenam fidem deberi, non obstante quod Consules sint Oppidanæ, quodque testificari videantur in causa propria, ex quo deponunt in officio, ex quo solutiones alio modo probari non possunt, cum notum sit apocas priuatarum confessionum remanere, penes debitorem soluentem, & demum quia communis proueniens ex contributione Muzzani, non respicit principaliter personam Oppidanorum, nec ipsorum Consulum, sed tantum in consequentiam; Principaliter vero vniuersalem testatur Menoch. de arbit. iud. cas. 106. num. 4. 6. Peregrin. conf. 114. num. 16. lib. 3. Klok de contrib. cap. 20. num. 192. 193. & seqq.

His solutionibus maximè confoutetur Tertium documentum confitens in Catastro Communitatis Oledij in actis producتو, in quo cum appareat nominativum descripti hæredes D. Io. Lucæ Gattici, singula bona Muzzani inferioris dimensa, & in eorum capite collocata, vna cum eorum censimento iunctis maximè solutionibus, de quibus supra, fatendum est, exinde resultare exquisitissimam probationem, tūm superioritatis, quam habet dicta Communitas in bona descripta, quia in descriptione bonorum ad æstimum Communitatis spectatur actus iurisdictionis ad tradita per Alb. conf. 111. num. 24. & 25. relatum per Dond. conf. 64. num. 9.

Tum quod Capsina Muzzani sit de Territorio Oledij, quia æstimum probat loca contentiosa in eo descripta esse de Territorio desribentis. Kniken. de Iur. Territ. cap. 3. n. 35. Klok. de contribut. cap. 20. num. 392. Gallia conf. 27. n. 23. Genia de script. priuat. lib. 5. quæst. p. num. 2. Tum deum quod bona Muzzani teneantur contribuere cum Communitate Oledij, vt late perplures casus viii, & probationem catastri edifferit Klok. d. cap. 20. à num. 365, quippe ex descriptione bonorum in æstimo inducitur obligatio realis contribuendi ad onera, & queritur ius desribentis saltem in ordine ad deter-

determinandum locum, in quo subeunda sint onera. Bald. conf. 227. vol. 3. Garon de onerib. art. p. n. 219. Et quatenus etiam produceretur solum catastrum non docto de effectua onerum solutione adhuc per multum veniret tribuendum ipsi catastro, quod de se ipso, & seclusa etiam probatione solutionis praebet non mediocre argumentum quod bona cum illa descripta sint illius territorij cuius est catastrum. Com. conf. 333. num. 9. lib. p. Mastard. concl. 273. num. 8. & 18. Gallia conf. 27. num. 27. Genua d. cap. p. num. 15.

Immerito autem contendunt Aronenses labefactare fidem huius libri, per hoc quod bona Muzzani in eo descripta apparent diuersa manu, quodque non sit conscriptus auctoritate publica.

Quoniam omissio, quod hoc regestum confectum fuit de consensu totius Communatis, praevio publico sindicatu ad hunc effectum recepto a Notario Io. Baptista Caniano, fuitque asseruatum cum ceteris scripturis Communatis pene personam publicam, agiturq; de aestimo antiquo, cuius pene omnes semper inconcussa fuit fides, quibus casibus aestimum plenè probat teste Mastard. concl. 273. num. 12. Genua de script. priuat. lib. 5. quæst. pri. num. 7. Klok de contrib. cap. 20. num. 384 & 388.

Respondetur in puncto iuris solam diuersitatem manus, deficientibus alijs administris de se sola non detrahere fidem neque publico Instrumento. Farinac. de falsit. quæst. 152. num. 117. Tanto magis eum diuersitas ista non cadat peculiariter in descriptione bonorum Muzzani, sed immodum totus liber constet duplice manu, & manus, quæ descripsit bona Muzzani, descriperit etiam alia de quibus nulla est dubitatio, quin sint de aestimo Oledij; Vnde cum liber aestimi sit quid individuum, & aliæ partitæ, quamvis habentes hanc qualitatem diuersæ scripturæ, veræ sint, & pro veris habitæ sequitur, eamdem fidem illi adstruendam esse etiam in ea parte, quæ respicit descriptionem bonorum Muzzani, tum quia ex descriptione aliorum bonorum pariter diuersa manu facta, excluditur suspicio affectationis, & suppositionis in bonis Muzzani, tum etiam ratione individutatis scripturæ, vt de libro Camporis, quod omnes partitæ in eo descriptæ censeantur veræ ratione individutatis eiusdem libri, scribunt Fulgos. conf. 132. Castren. conf. 285. vol. 2. vers. secundo, & faciunt à contrario sensu scripta per Tusch. concl. 101. litt. I. num. 4. vbi quod instrumentum in parte falsum ratione suæ individutatis, dicitur in totum falsum.

Idem dicimus de quaterniobus talearum, & exactionum annuatim impositarum, per Communitatem Oledij in quibus singulis cum legantur compræhensi possessorum bonorum Muzzani, & ipsi taxati in sua portione Talearum, & collectarum, exinde magis magisque corroboratur fides memorati catastri, dum constat ab eo desumptam fuisse normam distributionis onerum, & iuxta descriptionem in catastro factam exprimi, & formari huiusmodi quinternetos, seu libros collectarum, ex quibus probari ius collectandi contra omnes incensum relatos scribunt per multi, quos refert Klok. de contrib. cap. 20. num. 367. ea ratione quia cum eiusmodi quaterniones conficiantur ea unica contemplatione, vt onera exigantur, exinde coniicitur, quinam contributioni sint addicti. Gallia conf. 44. num. 26. & conf. 112. num. 3. & 21. Klok. dicto cap. 20. num. 368.

Quarto concludentius evincitur subiectio, & compræhensio Capsinæ Muzzani in aestimo Oledij ex relationibus executionum factarum contra possessores dictorum bonorum, & successiuis subhastationibus pignorum, mandante Prætore Oledij, prout etiam ex præceptis, & monitorijs ad eosdem transmissis de anno 1627. vt soluerent importantiam denariorum 66. aestimi ascendentem ad libras 140. sol. 3. & demum ex recentiori executione directa contra Massarios eiusdem Capsinæ de anno 1658. die 19. Octobris, cum ablatione bestiarum in vim pignoris pro eorum debito, ex quibus sane pignorationibus, præceptis, & subhastationibus probatur possesso exigendi collectas in eo, qui pignorauit, quia dum collectandi citra reclamacionem patiuntur executiones iam ex propria patientia, & taciturnitate præbent euidens argumentum in subiectio, & agnitionis proprii debiti, sicut in his terminis de huiusmodi præceptis, mulctis, & pignorationibus obseruat Klok. cap. 20. à num. 217. usq; ad num. 226.

Qua-

1668. *Instrumentum*

Llustrissimus Magistratus Reddit. Extraordin. Status Mediolani, & in specie Illustrissimus I. C. D. Leonardus Calderarius ex Questoribus præfati Illustrissimi Magistratus, vti delegatus &c. sic Instante Francisco Bellino vti Procuratore Communatis Bugonij Agri Nouariensis apparente Instrumento mandati in infrascripto termino producen do suum eligente habitaculum domi habitationis D. Iacobi Antonij Franciæ sit. in P. T. P. S. Mariæ Beltradi Mediol. Illustrissimi Magistratus editi super precibus Consulis eiusdem Communatis, quod autenticum extat pene infrascriptum Cancellarium, & est tenoris sequentis vlt.

L. Fù detto che non recedendo dal li termini già statuiti alla Contradicenti della sudetta causa se gli ne fatuisca un novo di giorni dieci à produrre le loro sentenze, ordinationi, e ricapiti per poter omninamente, & quanto prima venire alla detta graduatione, e che le scritte resi transmettino al Sig. Questore Caldevari per la spedizione &c.

Statuit, & assignauit, ac statuit, & assignat infrascriptis inferius nominatis, & cui libet eorum, qui vt fertur, contradixerunt Cridis publicatis ex ordine præfati Illustrissimi Magistratus ad Instantiam Regij Fisci pro bonis nomine Regiæ Camerae appræhensis causa confisicationis sequutæ in præuditum Capitanu D. Iulij Cælaris Gattici, & quibusq; alijs Ius aliquod prætentibus super ipsis bonis personaliter, vel &c. terminum dierum decem prox. fut. &c. post &c. ad cum effectu exhibendum, producendum, & dimittendum apud acta præfati Illustrissimi Magistratus, & pene, ac in manibus infrascripti Cancellerij sive Notarii eiusdem Magistratus omnes sententias, ordinationes latae, seū pro lati habitas, & omnia, ac quæcumq; iura, infrascripta, ac recapita, debeantur probasse per omne genus probationum, ac quæcumq; incumbentia fecisse ad effectum probandi quænam iura habeant, seū habere prætendant super dictis bonis, & quorum virtute contradixerunt dictis Cridis effectus, vt videri possint, & examinari, ac superindè declarari qui nam ex eis habeat meliora, potiora, & anteriora iura super dictis bonis, vt tandem aliquando perfici possit Juditium graduationis ab aliquibus ex infrascriptis prætensis creditoribus incohatum, sed postea intermissum, vt graduatum satisfactione eorumdem creditorum Conculi, & prouideri possit a præfato Illustrissimo Magistratu, assignando vnicuique partem bonorum pro modo, & quantitate crediti ad iustum aestimationem, cum agatur in concursu creditorum, & prout melius &c. dempta tamen in primis, & ante omnia prius importantia ex pensarum ac salarialium, quæ in hoc graduationis Juditio expendi, ac solui pro reportandis sententijs fieri conigerit ad normam aliorum decretorum præfati Illustrissimi Magistratus, fecus dicto termino elapsò, & prædictis non adimplitis, seū minus legitimis &c. nulla habebitur ratio iurium dictorum assertorum creditorum inferius nominandorum; Sed procedetur ad expeditionem cause favore eorum, qui præmissa adimpleuerint absq; vltiori dilatione, ita vt qui præscripto tempore non impleuerit, exclusus omnino remaneat ab omni iure contra dicta bona.

Insuper commisit die &c. ad dictum terminum statutum, & in hunc dictum terminum statutum, & c. ut vadat qualibet minandis, & cuilibet eorum personaliter, vel &c. cum dimissione copia &c.

Vltius citentur ipsimet inferius nominandi quatenus die *Sola* yre ent. die *21*.

Magistratu in ejus Aula Audientia sit. &c. vbi &c. ad videndum per dictum instantem in actis, & pene infrascriptum Cancellarium effectualiter dimitti omnia,

omnia, & quæcunq; eius Communitatis iura per debitum tempus ad effectum
&c. & dein dè &c. nec non etiam superindè fieri quamlibet Comparisonem,
petitionem, requisitionem, & iurium productionem effectus ut declaretur
dictam Communitatem Bugonij habere meliora potiora, & anteriora iura in,
& super dictis bonis quam habuerint, seu habeant infra scripti prætensi credi-
tores, proindeq; dictæ Communitati satisfaciendum esse, & satisfieri debere,
& prout latius in futura petitione exprimetur, & ad fieri videndum omnia alia
opportuna &c. aliter &c. salua &c. quo etiam termino habitantes extrà præ-
sentem Ciuitatem compareant ad eorum eligendum habitaculum hic Mediol.
vbi &c. secus eligentur prout ex nunc eliguntur Scale Pallatij Prætorij Mediol.
pro eorum legitimo habitaculo ad quos &c. vsq; ad causæ expeditionem inclu-
siuè cum debita declaratione &c.

Dat. Mediolani die suprascripta pro comparendo ut supra, & proat supra,
Scripsit Ioseph Antonius Baldiulus,

Quorum monendorum nomina sunt, hæc vñz.

Sig. Antonio Francesco Luuato.	effi SS. al Sig. Azzuri Procuratore.
SS. Agenti della Fabrica della Madonna d'Arona.	d'esso Luoco Pio.
Li Heredi del Sig Alberto Gibellini.	Heredi di M. Gio. Gattico.
Heredi del Sig Camillo Serafino.	Il Fisico Sig. Gaudencio Solaro.
Li Signori Doctor Francesco Bellini, e fratelli.	Sig. Gio. Antonio Gilardone.
Il Sig. Bernardo Bellini.	Heredi del Sig. Canonico Olina.
Il Sig. Gio. Battista Rossi.	Heredi del Sig. Scenatore Caccia.
Heredi del Sig. Cauagliero Tartagna.	L'Hospitale della Carità di Nouara, e per esso il Sig. Giulio Cesare Gaccia.
Heredi del Sig. Gio. Battista Tartagna.	Il Sig. Francesco Riccardi.
Heredi di M. Gio. Pietro Fortis.	Regenti della Comunità di Gattico.
M. Francesco Fatone, ò suoi Heredi.	Heredi del Sig. Carlo Alfieri.
Heredi del Sig. Gaspar Gattico.	Heredi del Sig. Cap. Filippo Scriuanti.
Sig. Gio. Antonio Preuosti.	Regenti della Comunità di Marzalesco.
Heredi di M. Nicola Fortis Battaglino.	Heredi del Sig. Ludouico Cuchetti.
La Sig. Clara Bianchia Maschela Canto- na, ò Sig. Alessandro Magnacavallo.	Li RR. Padri di S. Angelo.
Sig. Canonico Carlo Giuseppe Bellino, e SS. suoi Nipoti.	Li SS. Regenti di S. Maria della Scala.
M. Giacomo Ardicino.	Il Reuer. Sig. Curato di Agrate per i legati della sua Parochia.
Sig. Carlo Antonio Torniello.	Li RR. SS. Capellani del Domo di No- uara.
Heredi del Sig. Antonio Maria Scolaro.	Il Sig. Carlo Gattico, e Sig. Constanza Gattica, ò suoi Heredi.
Heredi del Sig. Guido Ant. Visconte.	Le RR. Madri Orsoline d'Arona.
M. Bartolomeo Ceruia Stanghetta.	Il Sig. Dottor Carlo Manfrè Gattico.
Heredi del Sig. Angelo Riccardo.	Illustrissimo Sig. Marchese Sfondrati, ò suoi Heredi.
Sig. Margaritta Boletta, ò suoi Heredi.	Il Sig. Pietro Francesco Rocca.
Heredi del Sig. Ottavio Nazzati.	
SS. Priori della Diuinità di Milano, e per	

FOUNDAZIONE ARAZZA

Blanko dell' R. D. Not. S. J.